



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

SECUNDVM IOANNEM

amem te. Dicit ei: Pasce oues meas. Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Indoluit Petrus, quod dixisset sibi tertio, amas me, dixitque ei: Dñe, tu oia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, cū esses iunior, cingebas te, & ambulabas quo volebas: cum autē senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo nō vis. Hoc autē dixit, significās qua morte glorificaturus esset deū. Et cū hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus, videt illū discipulū, quē diligebat Iesus, sequentē: qui & recubuit in cœna sup pectus ei⁹, & dixit: dñe, quis est ille qui tradit hunc ergo cum vidisset Petr⁹, dicit Iesu: Dñe, hic autē quid? Dicit ei Iesus: Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moreretur. Et non dixerat ei Iesus, non moritur: sed si eum velim manere donec veniā, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimoniū phibet de his, & scripsit hæc. Et scimus, quod verū est testimoniū eius. Sunt autē & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros.

EVANGELII SECUNDVM
IOANNEM. FINIS.

Erphordie ex officina industrii Matthæi Maler.
Anno Deiparæ partus sesquimillesimo quin-
gentesimo vigesimo. 15. Kalendas Iulij.

172
Iohannes b. baptista est pater
Iulij